

Domínica prima Aduentus

sum pastor bonus. **Joh. x.** qui in suis actib⁹ nolunt se regere iuxta suam inclinationem. sed iuxta pastoris ordinationem. nec s^m eorum sensu alitatem sed s^m pastoris voluntatem. **Itē** iouis est patiens et videtur habere verecundiam. quia cauda cooperit verenda sua. **Secus** de **hedis** siue de capris etc. **Sic** penitentes cauda finalis penitentiae cooperiunt verenda suorum peccatorum. **Ita** vt in die iudicij nō apparebūt peccata in confusione ipsorum. **Autoritas** **David.** **Beati** quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. **ps. xxxj.** **A** sinistris vero statuet hēdos. id est. inobedientes. et impenitentes qui nolunt se regere in suis operibus iuxta pastoris ordinationem sed s^m suam malam inclinationem. **Pastor** autem precipit humilitatem et ipsi volunt esse superbi vani etc. **Precipit** vt vadant per viam misericordiae et liberalitatis. et ipsi ad istar hedorum deuiant per viam auariciae cupiditatis et sic de alijs. quibus dicit christus. vos nō estis ex ouibus meis. oues mee vocem meam audiūt **Joh. x.** **Item** hedi videntur inuerecundi verenda ostendendo sic impenitentes et notorij peccatores inuerecundi sunt. quia notorie peccant et non cooperiunt eorum peccata cauda penitentiae. **Si** hedi erunt a sinistris. vbi tunc erunt capre. id est mulieres cornute. **Respondeo** q^d ibidē cuz hedis. patet ergo ordinatio iudicialis. **Ter**tium est vel erit diffinitio sententialis. **Sic** practice quomodo christus forte s^m aliquos interrogare poterit matrem suam et alios. quid fienduz **Primo** de his qui sunt a dextris etc. **Licet** non indigeat consilio alicui⁹ nihilominus tamen volens honorare matrem suam. et apostolos et apostolicos viros interrogabit eos etc. **Quēadmo** dum **Salomon** sapientissimus honorādo suos consiliarios ipsos interrogabat licet ipse melius sciret quid factururus esset. et licet s^m aliquos illud iudicium fiat mentaliter. vel s^m aliquos vocaliter. siue vocaliter et mentaliter s^m alios. **Ego** dicam vobis vt me intelligatis. **Tunc** christus interrogare poterit matrem suam dicendo. **Ma**ter mea quid vobis videtur fiendum etc. **Respō** debet virgo **Maria.** ex quo multa fecerunt vobis et mihi. mihi videt q^d isti qui sunt a dextris ex quo vixerunt in mundo iuxta vestram ordinationem etc. q^d sint hic nobiscum in gloria. **Idem** de interrogatione et responsione apostolorum. **Tunc** dicit christus. et ego vt iudex et dominus vniuersalis dico vt fiat put dicitis. **Tunc** verens se ad bonos facieleta dicit ad eos. **Venite** benedicti patris mei etc. **Tunc** boni sibi regratiando forte dicent. **Gloria** tibi domine qui natus es de virgine etc. et statiz virtute glorie ascendēt cum alijs in aera. **Autoritas.** **Hoc** enim vobis dicimus. in verbo domini. quia nos qui viuim⁹

qui residui sumus in aduentu domini simul rapiemur cum illis in nubib⁹ obuiam christo in aera. et sic semper cū domino erim⁹. **p^{ma}** ad **Thes**salos. **iiij.** **Sic** etiam practice de malis qui erunt a sinistris quomodo christus interrogare poterit matrem et apostolos. et data sententia irreuocabiliter contra illos. vertens se ad malos terribiliter. dicit. **Discedite** a me maledicti in ignem eternum etc. **Tunc** illi flentes faciunt planctum. **Hieremie. xx.** **Maledicta** dies in qua natus sum dies in qua peperit me mater mea non sit benedicta. maledictus vir qui annunciauit p^{ri} meo dicens natus est tibi puer masculus. **Et** quanto in hoc mundo amores fuerūt maiores. tātō tūc vnus erit contra alium peior. scilicet vir contra vxorem et econuerso. pater contra filium et econuerso. **Quartum** erit executio perpetualis nō vt faciunt aliqui domini data sententia nunq^m exequuntur. **Sum** autem mali sic flebunt christus clamare poterit voce magna dicēs **Inferne** aperi os tuum et deglutire omnes impios istos. **Dixit** christus de iuda damnando. bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. **Matth. xxvj.** dicit hic glosa ordinaria. **Melius** fuisset iude nūq^m fuisse q^m damnatum esse. **Deinde** christus cuz matre ascendet in celum. precedentibus angelis et cantantibus et sequentibus sanctis. sicut veniunt. qui quādo oculis corporalibus videbunt solem lunam celum etc. dicere possunt christo cui poterint loqui vt patri. o domine ista est luna vt sol qui illuminabat nos. **Idem** quādo videbūt pulchritudinem celi empirei in quo quilibet inueniet suam cathedram paratam inter angelos. cum nomine suo scripto. **Ideo** **Christus** dicit. **Gaudete** et exultate. quia nomina vestra scripta sunt in celis. **Luc. x.** **Tunc** quilibet eorum accipiet coronam glorie de manu dei. **Qualis** honor. collocabūt q^b in sua cathedra. et sic eternaliter stabunt in illa gloria. **Et** de cetero null⁹ habitabit in isto mundo quod naturaliter potest ostendi. quia habito sine cessant ea que sunt ad finem s^m **p^hm.** **Et** habito termino cessat motus v. phicorum.

Sermo secundus

Accerex tu⁹ venit tibi mansuetus. **Matth. xxj** **Aduentus** filij dei in hunc mundum est triplex principaliter. scilicet. **Per** incarnationem in ventre virginali. **Per** iustificationem in mente humanali. **Per** retributionem in iudicio generali.

Intres aduentus dñi mystice notant in euan-
 gelio. quod hodie legif. de hac causa quis eius
 hystoria p̄neat ad diem ramozū. **P**rima p̄nci-
 pio vsq; ibi. **S**oluite ⁊ adducite mihi. vbi nota
 quatuor. scz finem propter quem venit. qui est
 pacificatio hominis cum deo. ⁊ cum angelis et
 cum seipso ⁊ cum proximis. ibi. **C**um appropin-
 quasset iesus hierosolymis. **N**am hierosolyma
 pacificatio vel visio pacis interpretat. ad **Eph.**
ij. **I**pe em̄ est pax nostra. qui fecit vtraq; vnus
 ⁊ veniens euangelizauit nobis pacem. **V**ia per
 quam venit est virgo **M**aria. **B**ernardus. **V**go
 egregia ipsa est via regia. per quam saluator ve-
 nit ad nos. ibi. **E**t cum venisset betphage. quod
 interpretatur domus oris. quia in apertione oris
 p̄cōsensum dicendo. **E**cce ancilla domini ⁊c. fa-
 cta est domus dei. **I**deo cantatur. **D**omus pu-
 dici pectoris templum repente fit dei ⁊c. **C**ausa
 quare venit est eminentissima misericordia diui-
 na. ibi. ad montem oliueti. ad **Eph.** **ij.** **D**eus qui
 dies est in misericordia p̄pter nimiam charitatē
 suam qua dilexit nos. cum essemus mortui pec-
 catis conuiuificauit nos. **A**ctus ad quem venit
 qui est illuminatio mūdi. non tantū p̄ se sed etiā
 p̄ discipulos. ⁊ quātū ad gentem iudācam. ⁊ q̄-
 tum ad populū gentilem. ibi. **T**unc misit duos
 discipulos ⁊c. **Joh.** **xij.** **E**go lux in mundū ve-
 ni vt om̄s qui credit in me in tenebris nō rema-
 neat. **S**ecundus in media. **D**icite filie syon. i.
 anime humane. **E**cce rex tuus venit tibi māsue-
 tus. **N**ota quatuor circa aduentum istum. pro-
 pinquitatem aduentantis. quia ecce scz presens
 est ad ostium. ideo cito recipiendus. **A**pocal. **ij.**
Ego sto ad ostium ⁊ pulso. si quis audierit vo-
 cem meā ⁊ aperuerit ianuam. introibo ad illum et
 cenabo cum illo ⁊ ille mecum. **E**ius dignitatem.
 quia rex tuus. **I**deo hospiciū p̄parandum est
 ei diligenter. **G**regorius in omelia penthecostes
Tergat sordes prauī operi qui deo preparat ho-
 spiciū cordis. **A**duentus vtilitatem. quia ve-
 nit tibi. id est. ad vtilitatem tuā. **I**deo vehemē-
 tius desiderandus. **M**atth. **vij.** **E**cce veniam
 ⁊ curabo eum. **A**duentis humilitatem. quia
 mansuetus. **I**deo imitandus. **M**atth. **xj.** **D**i-
 scite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde ⁊c.
Tertius in fine. ibi. **T**urbe autem que prece-
 debant ⁊ que sequebantur ⁊c. **C**ōmune canticū
 omniū bonorum erit in die iudicij. **B**enedictus
 qui venit in nomine dñi **M**atth. **xxij.** **N**on me
 videbitis donec dicatis. **B**enedictus qui venit
 in nomine domini. **Q**uibus respondebit xp̄us.
Venite benedicti patris mei. possidete paratū
 vobis regnum a constitutione mundi. **E**suriui
 enim et dedistis mihi ⁊c. **M**atth. **xxv.** **D**iu-
 sum erit canticum malorum. **H**iere. **xx.** **M**ale-
 dicta dies in qua natus sum. dies in qua peperit

me mater mea non sit benedicta ⁊c. **Q**uibus re-
 spondebit christus. **D**iscidite a me maledicti in ig-
 nem eternum. qui paratus est diabolo ⁊ angelis
 eius. **M**atth. **xxv.**

De animabus. **S**ermo. **lij.**

Dicite filie syon
 ecce rex tuus. **M**atth. **xxj.** **S**im ma-
 teriam quam volo predicare in hoc
 sermone. verbum propositum est
 verbum dei. ad sanctos angelos :

vt loquatur amicabiliter anime sancte bone ⁊ iu-
 ste ab hac vita recedenti. tanq̄m conciuī eorum et
 coheredi dicentis. **D**icite filie syon. id est. anime
 sancte. quando representatur regi christo per an-
 gelos dicentes anime. **E**cce rex tuus quem tam
 ardentē desiderasti amasti. ⁊ cui tam fidelit̄ ser-
 uisti. **I**uxta prosecutionē huius intellectus in-
 uenio in sacra scriptura q̄ anima nominat̄ qua-
 drupliciter. siue sit bona siue sit mala. iuxta quat-
 tuor operationes ipsius anime nouiter ab h̄ mū-
 do recedentis. ex quolibet opere anima nomina-
 tur proprio nomine.

Primum opus anime est exitus corporalis. **S**e-
 cundum ambulatio spiritualis. **T**ertium introf-
 tus patrie celestis. **Q**uartū premiatio merital.
Ex primo opere si anima sit sancta ⁊ bona nomi-
 natur filia p̄ncipis. **S**i aut̄ mala d̄r filia latronis
Ex secūdo ope si est bona dicit̄ filia syon. **S**i est
 mala dicit̄ filia edom.

Ex tertio si est bona dicit̄ filia iuda. si sit mala d̄r
 dicitur filia babylonis.

Ex quarto si sit bona dicit̄ filia hierusalem. si sit
 mala dicit̄ filia belial.

Ecce hic tota materia **D**e secūdo opere dicit̄ chri-
 stus sanctis angelis sic loq̄tur in themate. **D**icite
 filie syon. **P**rimum opus anime nouiter receden-
 tis de hoc mundo est exitus corporalis. oportet
 enim dimittere corpus. ⁊ si anima sit bona san-
 cta ⁊ penitens ⁊ contrita confessa remisit satisse-
 cit non exit sola de hoc mundo. quia si est in pun-
 ctoreundi de corpore. subito angelus bonus
 custos ipsius qui preuidit horā mortis sue ascē-
 dit ad christum qui licet sciat omnia tamē potest
 sibi dicere que facimus. **C**ui dicere potest ange-
 lus. domine talis quem mihi commēdastis vixit
 in bonis operibus seruauit p̄cepta vestra. no-
 luit viuere s̄m sensualitatem sed iuxta vestram
 voluntatem. nec s̄m suas inclinationes : sed s̄m
 vestras ordinationes. modo est in articulo mor-
 tis. statim christus tunc mittit filios ⁊ filias. si q̄s
 habet in paradiso ad sociandum animam illam
 quandoq; vt pie creditur. et hoc patet ex mul-
 tis miraculis. ⁊ q̄n̄ aia exit de corpore statim videt